
iestatis eius. Oculi sublimis hominis humili-
ati sunt et incurvabitur altitudo virorum. Ex-
altabitur autem dominus solus in die illa. quia dies
domini exercituum super omnem superbum et excelsum
et super omnem arrogantem et humiliabitur. et super
omnes cedros libani sublimes et erectas. et
super omnes quercus basan. et super omnes montes ex-
celsos et super omnes colles elevatos. et super omnem
turrem excelsam et super omnem murum munitum. et
super naves tharsis et super omne quod visu pulchr-
um est. Et incurvabitur sublimitas hominum et hu-
miliabitur altitudo virorum. Et elevabitur dominus solus
in die illa. et idola penitus conterentur. Et introibunt in
speluncas petrarum et in voragines terre. a facie
formidinis domini et a gloria maiestatis eius. cum surrexe-
rit percutere terram. In illa die proiciet homo idola ar-
genti sui et simulachra auri sui que fecerat sibi ut
adoraret. talpas et vespertiliones. et ingredietur
fissuras petrarum et cavernas saxorum a facie for-
midinis domini et a gloria maiestatis eius cum surrexe-
rit percutere terram. Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in
iii naribus eius. quia excelsus reputatus est ipse. Ecce
enim dominator dominus exercituum auferet ab ierusalem et
a iuda validum et fortem. omne robur panis et omne
robur aque. fortem et virum bellatorem. iudicem et prophetam
et ariolum et senem. principem super quinquaginta et ho-
norabilem vultu et consiliarium et sapientem de ar-
chitectis et prudentem eloquii mistici. Et
dabo pueros principes eorum et effeminati domina-
buntur eis. Et irruet populus vir ad virum. unusquis-
que ad proximum suum. Tumultuabitur puer contra
senem et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim
vir fratrem suum domesticum patris sui. Vesti-
mentum tibi est. princeps esto noster. ruina autem hec
sub manu tua. Et respondebit in die illa.

dicens. Non sum medicus. et in domo mea non est panis
neque vestimentum. nolite me constituere principem
populi. Ruit enim ierusalem et iudas concidit. quia lingua
eorum et adinventiones eorum contra dominum ut provo-
carent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus
eorum respondebit eis. et peccatum suum quasi sodoma predica-
verunt. nec absconderunt. Ve anime eorum quoniam reddi-
ta sunt eis mala. Dicite iusto quoniam bene. quoniam fru-
ctum adinventionum suarum comedet. Ve impio in malum.
retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exac-
tores sui spoliaverunt. et mulieres dominate sunt
eis. Popule meus qui beatum te dicunt. ipsi te de-
cipiunt. et viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad
iudicandum dominus. et stat ad iudicandos populos. Dominus
ad iudicium veniet cum senibus populi sui et principi-
bus eius. Vos enim depasti estis vineam meam. et rapi-
na pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum
meum et facies pauperum commolitis. dicit dominus deus ex-
ercituum. Et dixit dominus. Pro eo quod elevate sunt fi-
lie syon et ambulaverunt extento collo et nutibus
oculorum ibant et plaudebant et pedibus suis compo-
sito gradu incedebant. Decalvabit dominus verticem fi-
liarum syon. et dominus crinem earum nudabit. In die il-
la auferet dominus ornamentum calciamentorum.
et lunulas. et torques. et monilia. et armillas
et mitras. discriminalia. et periscelidas et murenu-
las. et olfactoriola. et inaures. et anulos.
et gemmas in fronte pendentes. et mutatoria.
et pallia et linteamina. et acus. et specula. et sin-
dones. et vittas. et theristra. Et erit pro suavi
odore fetor. et pro zona funiculus. et pro crispanti crine
calvitium. et pro fascia pectorali cilicium. Pulcher-
rimi quoque viri tui gladio cadent. et fortes
tui in prelio. Et merebunt atque lugebunt porte
eius. et desolata in terra sedebit.

7

permanebit. et uisitabo aduersum omnes qui tribulant eum.
et erit dux eius ex eo. et princeps de medio eius produce
tur. et applicabo eum et accedet ad me. Quis enim iste
est qui applicet cor suum. ut appropinquet michi ait
dominus. Et eritis michi in populum. et ego ero uobis in deum.
Ecce turbo domini furor egrediens. procella ruens. in capi
te impiorum conquiescet. Non auertet iram indigna
tionis dominus donec faciat. et compleat cogitationem cor
XXXI dis sui. In nouissimo dierum intelligetis ea. In tem
pore illo dicit dominus. ero deus uniuersis cognationibus
israel. et ipsi erunt michi in populum. Hec dicit dominus. Inue
nit gratiam in deserto populus qui remanserat gla
dio. uadet ad requiem suam israel. Longe dominus appa
ruit michi. et in caritate perpetua dilexi te. Ideo at
traxi te miserans. rursumque edificabo te. et edifica
beris uirgo israel. Adhuc ornaberis tympanis tuis.
et egredieris in choro ludentium. Adhuc plantabis
uineas in montibus samarie. Plantabunt plan
tantes. et donec tempus ueniat non uindemiabunt.
quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte
effraim. surgite et ascendamus in syon. ad dominum
deum nostrum. quia hec dicit dominus. Exultate in
leticia iacob. et hinnite contra caput gentium. Per
sonate canite. et dicite. Salua domine populum tu
um. reliquias israel. Ecce ego adducam eos de terra
aquilonis. et congregabo eos ab extremis terre. inter quos
erunt cecus et claudus. et pregnans et pariens simul.
cetus magnus reuertentium huc. In fletu uenient.
et in precibus reducam eos. Et adducam eos per torren
tes aquarum in uia recta. et non impingent in ea.
quia factus sum israeli pater. et effraim primogenitus meus est.
Audite uerbum domini gentes. et
annunciate in insulis que procul sunt et dici
te. Qui dispersit israel congregabit eum et custodiet
eum sicut pastor gregem suum. Redemit enim dominus

iacob. et liberauit eum de manu potentioris. et
uenient. et laudabunt in monte syon. et conflu
ent ad bona domini super frumento. et uino. et oleo.
et fetu pecorum et armentorum. eritque anima eorum quasi ortus
irriguus. et ultra non esurient. Tunc letabi
tur uirgo in choro iuuenes et senes simul. Et conuertam
luctum eorum in gaudium. et consolabor eos et letificabo
a dolore suo. et inebriabo animam sacerdotum pinguedine.
et populus meus bonis meis adimplebitur ait dominus. Hec
dicit dominus. Vox in excelso audita est lamentacionis.
fletus et luctus. rachel plorantis filios suos. et nolentis
consolari super eis quia non sunt. Hec dicit dominus. Quie
scat uox tua a ploratu. et oculi tui a lacrimis. quia
merces est operi tuo ait dominus. Et reuertentur de terra
inimici. et est spes nouissimis tuis ait dominus. et re
uertentur filii ad terminos suos. Audiens audiui effra
im transmigrantem. Castigasti me. et eruditus sum.
quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me et conuertar. quia
tu dominus deus meus. Postquam enim conuertisti me egi penitentiam.
et postquam ostendisti michi percussi femur meum. Con
fusus sum et erubui quoniam sustinui obprobrium adole
scentie mee. Si filius honorabilis michi effraim.
si puer delicatus. quia ex quo locutus sum de eo. adhuc
recordabor eius. Ideo conturbata sunt uiscera mea. su
per eo. miserans miserebor eius ait dominus.
Statue tibi speculam pone tibi amaritu
dines. Dirige cor tuum in uiam directam.
in qua ambulasti. Reuertere uirgo israel. reuertere ad ciuitates
tuas istas. Vsquequo deliciis dissolueris filia uaga.
Quia creauit dominus nouum super terram. femina circunda
bit uirum. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Adhuc
dicent uerbum istud in terra iuda. et in urbibus eius cum
conuertero captiuitatem eorum. Benedicat tibi dominus. pul
chritudo iusticie mons sanctus. Et habitabunt in eo
iudas. et omnes ciuitates eius simul agricole et mina




...mis. sic lilium inter spinas. Simplex notandum est ut et simplicitate columbe astutia serpentis instruat. et astutia simplicitatem temperet. Unde spiritus sanctus in columba et igne apparuit quia pleni illo sic mansuetudini simplicitatis serviunt ut contra mala zelo rectitudinis accendantur. ... Recedens a malo. quia nec fecit malum nec consensit malo. Qui mala mixta bonis non sic ut accepta...

Vir erat in terra Hus nomine Iob. Et erat vir ille simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo. Natique sunt ei septem filii et tres filie. Et fuit possessio eius vii milia ovium et tria milia camelorum, quingenta quoque iuga boum et quingente asine, ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filii eius et faciebant convivia per domos suos unusquisque in die sua. Et mittentes vocabant tres sorores suas ut comederent et biberent cum eis. Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Iob et sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei et benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filii Dei ut assisterent coram Domino, affuit inter eos et Sathan. Cui dixit Dominus: Unde venis? Qui respondens ait: Circuivi terram et perambulavi eam. Dixitque Dominus ad eum: Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit similis ei in terra, homo simplex et rectus et timens Deum et recedens a malo? Cui respondens Sathan: Numquid frustra Iob timet Deum? Nonne tu vallasti eum et domum eius et universam substantiam eius per circuitum, operibusque manuum eius benedixisti, et possessio eius crevit in terra? Sed extende paululum manum tuam et tange cuncta que possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Sathan: Ecce universa que habet in manu tua sunt; tantum in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Sathan a facie Domini. Cum autem quadam die filii et filie eius comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob qui diceret: Boves arabant et asine pascebantur iuxta eos, et irruerunt Sabei tuleruntque omnia, et pueros percusserunt gladio, et evasi ego solus ut nuntiarem tibi. Cum adhuc ille loqueretur, venit alter et dixit: Ignis Dei cecidit de celo et tactas oves puerosque consumpsit, et effugi ego solus ut nuntiarem tibi. Sed adhuc illo loquente venit alius et dixit: Caldei fecerunt tres turmas et invaserunt camelos et tulerunt eos, necnon et pueros percusserunt gladio, et effugi ego solus ut nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille, et ecce alius intravit et dixit: Filiis tuis et filiabus vescentibus et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit e regione deserti et concussit quattuor angulos domus, que corruens oppressit liberos tuos et mortui sunt, et effugi ego solus ut nuntiarem tibi. Tunc surrexit Iob et scidit vestimenta sua, et tonso capite corruens in terram adoravit et dixit: Nudus egressus sum de utero matris mee, nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccavit Iob labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est.

Factum est autem cum quadam die venissent filii Dei et starent coram Domino, venisset et Sathan inter eos et staret in conspectu eius, ut diceret Dominus ad Sathan: Unde venis? Qui respondens ait: Circuivi terram et perambulavi eam. Et dixit Dominus ad Sathan: Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex et rectus et timens Deum ac recedens a malo et adhuc


Hystoria. Affuit inter eos et Sathan. quia et si per superbiam exivit, naturam tamen eius similem non perdidit ... inter eos affuit ... omnia spiritualia conspicit et Sathan in ordine sublimiori non videt. Non tamen Sathan Dominum vidit. quia a mundo corde videtur. Sic cecus non videt lumine quo illustratur. Ecce universa que habet in manu tua sunt ... tantum in eum ne extendas manum tuam ... Egressusque est Sathan a facie Domini. Qui exit ab eo qui ubique est ... potentia Dei Sathan ... non potuit ... ad effectum sui desiderii. Cum autem quadam die filii et filie eius comederent et biberent vinum ... comedere est bonis operibus gaudere. Vinum bibere est desiderio celesti estuare.



Incipit prologus in libro tobie.

Cromatio et heliodoro epis
Ieronimus pbr in dño salt.
Mirari nō desino exactiōis
vestre instantiā. Exigitis ē ut libru
caldeo sermone ɔscriptū ad latinū stil
trahā. librū itaq; tobie q̄ hebr
de cathalago diuinarū scripturarū
secantes. hiis q̄ agiographa noīan
tur manciparūt. Feci satis desiderio
uro. n̄ tn̄ studio meo. Arguūt eni
nos hebreorū studia. et imputāt nob
ɔtra suū canonē latinis aurib
ista transferre. Sz meli' ē iudicans
phariseorū displicē iudicio. et epōr
iussiōib deseruire. institi ut potui. Et
q̄ uicina ē caldeorū lingua sermoni he
braico. utriusq; lingue pitissimū lo
quacē repiens unī diei laborē arripui.
et quicqd ille in hebraicis uerb ex
pssit. h ego accito notario sermoib
latinis exposui. Et orōnib uris in
cedē huī opis repēsabo. cū gratū
uob didicero me q̄ iubē estis dig
nati complesse. **Incipit lib tobie.**

Tobias ex tribu et ciuit
neptalim q̄ ē in supiorib
galylee supra naason pt
uiam q̄ ducit ad occidentē in sinist
hñs ciuitē sepheth cū capt' eēt in
dieb salmanasar regis assiriorū i
captiuitē posit' tn̄ uiā ueritatis nō
deseruit. ita ut om̄ia q̄ hr̄e potat coe
tidie captiuis frīb q̄ erant ex gne
suo impertiret. Cūq; eēt iunior oīb
in tribu neptali nich tn̄ puerile ī
gessit ī ope. Deniq; cū irent om̄s
ad uitulos aureos q̄s ieroboā fecat
rex isrl' hic sol' fugiebat ɔsortia
om̄i. et pgebat ad ierlm ad teplū
dn̄i. et ibi adorabat dn̄m dm̄ isrl.
Om̄ia primitiua sua et decīas suas fi
delit' offerens ita ut in tercio ãno psel
tis et aduenis ministraret om̄ez de
cimatōnē. H et his similia sc̄dm legē
dei celi puerul' obsuabat. Cū u fcs
fuiss; uir accep anna uxorē de tribu
sua. genuitq; ex ea filiū nom̄ suū impo
nēs ei. Quē ab infantia sua timē dm̄
docuit. et abstinē ab omī pctō. Igr cū
p captiuitē deuenissz cū uxore sua
et filio in ciuitē niniue cū om̄i tribu
sua et om̄s ederent ex cib gentili iste cu
stodiuit aīam suā. et nūq̄ ɔtaminat' est
ī escis eorū. Et qm̄ memor fu dn̄i in
toto corde suo. dedit illi ds grām ī ɔ
salmanasar regis. et dedit illi ptātem
quocūq; uellet ire. hñs librē quecūq; fa
cē uoluiss;. Pgebat ē p om̄s q̄ erāt
ī captiuitē. et monita salutis dabat
eis. Cū aūt puenissz ī rages ciuitē
medorū. et ex hiis q̄b honorat' fuat a
rege. hūiss; .x. taleta argēti. et cū
ī multa turba gñis sui gabelū egen
tē uidēt q̄ erat ex tribu ei' sub ciro
grapho dedit illi memoratū pondus
argēti. Post multū u tpis mortuo
salmanasar rege cū regnaret sena
cherib fili' ei' p eo. et filios isrl' exosos
heret in ɔ suo tobias cotid' pgebat



delicti uel ex excitatione proposita. Hii colliguntur cum eorum spe assumuntur. ut dilectus pascatur inter lilia mentium florentia ani-

G dominum. Sermo in dedicatione ecclesie

Gloriosa quedam construitur ciuitas ex uiuis lapidibus; domino uirtutum. quam sua inhabitatione dignam efficit sine fine beatam. Ex cuius ciuibus; unus ad ipsam loquitur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et apostolus fidelibus; ait. Templum dei sanctum est. quod estis uos. Eadem quippe fidelium congregatio. et ciuitas est et templum. Ciuitas regi. templum deo. Ciuitas pro frequentia multitudinis. templum pro cultu religionis. Multa ab oriente et cetera. Inde ciuitas. Domus mea domus orationis uocabitur. Inde templum. Hanc gloriosissimam ciuitatem templumque uenerabile in se quisque edificat cum celestibus; mandatis perficiendis aurem cordis inclinat. et cum celsis uirtutum structuris erigendis attentius inuigilat. Unde ipsi ciuitatis rex et templi deus. Qui audit uerba mea et facit eos. similis est homini edificanti domum. que scilicet in alio evangelio. fundata est super petram. Omnis siquidem huius mansuri fabrica edificii erigitur. Sed altiori indiget consideratione quomodo bone regi deoque ciuitatem et templum edificemus. In qua consideratione tria potissimum inquirenda se opponunt. locus. materia. factura. scilicet ubi fiat fabrica hec. unde requiritur. Neque enim ubicumque. aut undecumque. uel qualitercumque tam immensum fit opus. sed loco idoneo. dignissima materia. congruentissimo modo. Quo circa non fundatur domus hec in imo. non in luto. non super harenam. Fundamenta eius in montibus; sanctis. Et bene sanctis. Sunt enim non sancti. Montes gelboe nec ros nec pluuia ueniant super uos quia non estis sancti. sed magis maledicti. His repudiatis alios queramus. Ait sanctus ad dominum de montibus; scilicet. Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt. Tabor lumen exaltatum. hermon separationem sonat. Lumen exaltatum scientia

habuerunt. Utrique habuit virgam discipline. quia utrique gregem sibi commissum bene coheruit. Sic et
virgam potentie utrique habuit. quod in petro habuit. apparuit per miraculum. quod fecit de anania et sa
phira. et hoc in paulo fuit manifestum. quia quoscumque ligabat anathemate eos vexabat
spiritus malignus invisibiliter aut corporaliter eos aggrediebatur. Habuit utrique utrique virgam
scientie. quod in petro manifestum est. per didragma. quod repperit in ore piscis. didragma constat
ex quatuor dragmis. et per didragma quatuor evangelistarum scientia designatur. que fuit in ore petri. et de
paulo notum est hoc. per cifum argenteum. qui repertus est in ore sacci beniamin minoris. Argen
tum sonorius est omnibus metallis. et per argentum pauli eloquentia designatur. qui fuit de tribu
beniamin. Cuius eloquentia sonuit sonuit ubique terrarum. clarius ceteris. Planum est quod utrique
habuit virgam custodie. Fuerunt enim boni vigiles super gregem suum sollicite vigilantes.
Sequitur. Et pavi gregem meum. Adhuc enim vocavi. ut in eis pascerentur gregem meum. Ipsi enim
spiritualium ciborum alimenta. gregibus sibi commissis ministraverunt. Sequitur de fine. Et succidi tres
pastores in mense uno. Propter hunc finem vocavi eos. ut pro me succumberent. paterentur. et
per passionem glorificarentur. Sed nota quod superius dixit. duas virgas modo tres pastores. Tres dixit
propter barrabam. qui paulo associatus est in apostolatum gentium. Unde dicitur. Segregate michi
paulum et barnabam. Nota quod dicitur succidi. tamquam videtur eos coegisse. succidi non. Sed ut ut videtur
quia ipse causa fuit. propter quem ipsi pati voluerunt. et sic verum quod ipse fecit eos mortuos. Non causa
facit mortem. sed pena. uno mense dicit. propter anni revolutionem et mensis. Non potuit esse quod
isti tres in uno mense vel anno passi sunt. Isti sunt boni pastores. qui dictis et factis. vita et morte
greges erudierunt. Vere petrum inclinato vultu crucifixus est. et noluit erecto capi
te crucifigi. quasi diceret. quod desursum est debet capite erigi. Nos qui de terra sumus incli
nato capite crucifigamur. Paulus in morte nos instruxit. cui caput amputatum est.
Amputemus et nos caput nobis. caput vitiorum pravam scilicet voluntatem. Isti sunt candelabra
que sustinent lucem universum mundum. Isti sunt montes. de quibus propheta ait. Levavi oculos
meos in montes. Levemus et nos oculos mentis nostre. ad auxilium istorum montium. quatinus per
intercessionem ipsorum. domino nostro ihesu placere mereamur. qui vivit et regnat. per omnia secula seculorum.

[E]cce ego et pueri mei. quos dedit michi dominus. Erigunt nos divine lectiones. ne desperatione
frangamur. rursus terrent. ne superbia ventilemur. Tenere autem viam rectam. tamquam inter
sinistram desperationis. et dexteram presumptionis. difficile esset nisi Christus diceret. Ego sum via

O summa clementia o summa bonitas o maris stella maria summi regis cella
O summa potentia o summa pietas o celi porta maria angelorum gemma